



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Panegyricvs, Die Natali Academiae Theodorianae
Paderbornensis, Reuerendissimo, atq[ue] Illustrissimo
Principi, ac Domino, Theodoro, Episcopo Ecclesiae
Paderbornensis, S. R. I. Principi, Fvndatori Eivs ...**

Horrion, Johann

Paderbornæ, 1616

Capvt VII. Illustrissimum Principem, condenda Academia, eximiam suam in
Societatem lesv voluntatem declarasse.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14243

gnitate seu gradu insigniti gaudent, vtuntur, fruuntur, & potuntur.) Qui igitur Paderborne negant Vniuersitatem propriè dictam esse iuris peritorum, & summorum Principum inscientiam dum videntur fugillare velle, demonstrant suam.

CAPVT VII.

Illustrissimum Principem, condenda Academia, eximiam suam in Societatē Iesu voluntatem declarasse.

HANC igitur Vniuersitatem (sic enim ipsis quoque Iurisconsultis approbantibus, appellemus) Ecclesiæ potissimum commodo, & dignitati institutā, Princeps Illustrissime, curæ, atq; potestati Societatis IESV committendam, tradendamq; iudicasti. Sic enim tuo rogatu decernit in suo diplomate Pont. Max. (Ipsam Vniuersitatem, ac studiū generale sic erectum & institutū, curæ, regimini, & administrationi dictæ Societatis, & illius Præpositi Generalis, seu ab eo deputandi, qui totius Vniuersitatis Rector existat, præfata auctoritate (Apostolica) etiā perpetuò supponimus, & submittimus.) Eodem spectat, qd Cæsar iubet eam gubernari, iuxta formulam. (Dilinganæ, aliarumq; Academiarum in constitutionibus eiusdem Societatis comprehensam.) Etenim B. Ignatius Societatis IESV Fundator non modo putauit è republ. fore si sui homines vnà cum aliis in publicis Academiis versarentur, sed etiam, si ita DEO cordi esset, vt ab aliquo Principe, vel Rep. alicuius Academiae administratio Societati crederetur, nō commisit, vt posteri certas ab eo leges, & instituta desiderarent. Eiusmodi Academiae sunt non paucae toto orbe excitatae, quarum primam fuisse accepimus Gandiensem à Frā-

cisco

[4. parte
const c. 11.
& seq]

cisco Borgia eius loci Duce, qui deinde Societati se adiunxit, primis illis eius incunabulis fundatam. Secuta est Marmertina in Sicilia, à Ioãne Vega Prorege, Caroli V. Cæsaris auspicijs condita. Tum Eborensis in Lusitania fundatore Henrico Cardinali, qui vltimus suæ stirpis Rex postea fuit. In Gallia, vt alias omittam, maximè illustris est Flexiensis, quam Rex Henricus IV. cognomento Magnus, ea in domo, quæ infanti ipsi domicilium fuerat, erexit, eiusque in templo Cor suum condi iussit. In Germania nostra primus Otho Truchses Cardinalis Augustanus, Dilinganam Academiam ab se Fundatam totam Petro Canisio, Societatiq; permisit. Eum secutus est Serenissimus Carolus Austrius Archidux, Ferdinandi I. filius, Maximiliani II. frater, qui anno M. D. LXXXVI. Græcij in Stiria, Academiæ ab se munificè institutæ, ac locupletatæ Societatis homines rectores, & magistros delegit. Quem nuper imitatus est eius filius Leopoldus Passauensis, & Argentoratensis Antistes, posito Molleshemij in Alsatia publico Societatis Gymnasio. Horum tantorum Principum exemplo, Princeps Illustrissime, cum hanc Academiam, quæ populis ditiois tuæ æternæ salutis præsidium, & immortale ornamentum esset, meditareris, fecit vetus illa, totque illustribus promeritis testata in huius Societatis homines benignitas, & gratia, vt non alios ei præficiendos putares. Nimirum vt flumina à modicis orta principiis, quo longius à capite recedunt, hoc maiora sumunt incrementa: ita Princeps Illustrissime, conceptam iam inde ab anno M. D. LXXX. quo primum in hanc Urbem pedem attulit, in hanc Societatem benevolentiam maioribus quotannis beneficijs cumulare non desinis. Cuius quidem benevolentia perpetuos socios, atque consortes habuisti Admodum Reuerendos, ac Pranobiles Cathedralis Ecclesiæ Canonicos, quibus hæc

T Societas

Societas suorum in hac Vrbe commodorum originem, ac
progressum, cum summa grati, ac memoris animi signifi-
catione acceptum se ferre profitetur. Illi enim sunt, qui ca-
primum ad spem religionis Catholicæ, vehementer eo tē-
pore laborantis, erigendam huc, ad conciones primum, de-
inde ad scholas quoq; habendas aduocarunt. Illi domum,
quæq; ad victum, & cultum pertinent tot Sociis, ac Patri-
bus, quot ante hic versati sunt, quàm ad Collegii formam
redigerentur, certis vectigalibus perpetuis attributis, libe-
raliter & abundè prouiderunt. Illi grauissimis decretis So-
cietatis famam, & commoditatem contra aduersarios, atq;
adeo, anno M. D. LXXXIII, contra ipsum quoq; Principē,
aliter, ac nos de religione sentientem, qui missis legatis, Pa-
tribus scholas interdici cupiebat, grauissimis sententiis, de-
cretisque tutati sunt. Deniq; illud natalibus, & dignitate
amplissimum Collegium nunquam desit, societati ara
quædam esse atque perfrugium: nunquam fauere studiis:
nunquam labores subleuare: nunquam gratiam, & patro-
cinium impendere. Itaque hoc natali Academiae nostræ,
Princeps Illustrissime, intelligis opinor officii nostri esse
horum quoque, quibus illa primam quasi stirpem suam
debet, amplissimorum, ornatissimorumq; Procerum, non
sine gratiis, & beneficentiæ laude meminisse. Atq; cum o-
mnium semper erit dulcis, ac iucunda memoria, tum verò
precipue illorum, qui primis illis temporibus plurimum
in accersenda, fouenda, tuenda Societate laborarunt. In his
familiam ducebant Henricus de Meschede Decanus, Mel-
chior à Plettenberg Camerarius, Guilielmus Schilder
Scholasticus, quos precamur, vt DEVS immortalis felici-
tate remuneretur. Ex iis verò, qui etiamnum suam nobis
lucem impertiunt, occurrunt duo huius Ecclesie lumina
Admodum Reuerendi & Nobiles DD. VValterus Brabeck
Præpo-

Præpositus, & Arnoldus ab Horst Decanus, qui, vt sunt omni eruditionis & prudentiæ laude florentes, ita nullum faciunt finem præclara studia suis opibus, & fauore adiuuandi, ac propagandi. Eius adeò rei in Academia, monumentum semper erunt duæ turres, magnis vtriusq; impensis ita extractæ, vt Academica iuuentus ne pedem quidem inferre possit in Gymnasium, quin horum præstantissimorum Ecclesiæ Procerum recorderetur. Meministi enim, Princeps Illustrissime, eius diei, cum primum huius noui gymnasii fundamenta sunt iacta. quo die hi duo Ecclesiæ nostræ summates, in amplificando Dei honore, dignitate Patriæ, commodis iuuentutis, Principem suum, & Antistitem honesto, iucundoq; certamine æmulantes, perpetuum huius suæ in bonas litteras voluntatis in ipsis quoque saxis, & muris, his turribus ædificandis, monumentum extare voluerunt. Video me iam pridem, Princeps Optime, abuti patientia tua, qui orsus tibi gratulari, ad Canonicorum Coetum deflexerim. sed nimirum non decebat hodie Academiam THEODORIANAM, hoc suo natali, illius splendidissimi Collegij obliuisci, cuius suffragijs factum est, vt Theodorus Theodorianæ Academiae parens esse posset. Nam cum inter eos tot essent præstantissimi viri litterarum, Societatis, auitæ religionis omnes amore inflammati, videntur singulari DEI nutu eum Principem elegisse, qui vnus cum omnium ardore, ac zelo paria facere posset. Quid enim illi collato studio, communicatisq; consiliis ad amplificationem bonarum artium optare potuissent, quod non sit in tuo principatu perfectum? Dolebant quidam arctius Societatem habitare, quàm vt plures liberalium disciplinarum, magistros, aliosq; diuinæ rei operarios capere posset. Tu, Princeps Optime, simulatq; ad Ecclesiæ gubernacula accessisti, dedisti operam vt hunc idoneum maximè sacris

functionibus locum nancisceretur. Dolori erat multis piis hominibus hoc D. Ioannis Apostoli templum, quod antea fuerat quædam exquisita pietatis officina, duodecimum, jam annum profanorum artificum strepitu perfonare. Cōfestim magno ære ab ijs, quib. venundatum erat, redemptū VI. Idus Quinct. anni M. D. XCII. Societati tradidisti, eaq; donationem Clemens VIII. Pont. Max. eodem anno IX. Kalend. Nouemb. cōfirmavit. Desiderari quoq; videbatur à nonnullis, vt Societas, in hac Vrbe nō temporariam duntaxat sedem, sed stabile iustumq; Collegium haberet. Id verò, insigni accessione ad priora vectigalia facta, cū eius quoq; fundationis Clemens Octauus auctor factus esset, non longo interuallo perfecisti. Quid quòd, dirutis veteribus ædibus, quæ erant circum hoc templum, nouas, laxas, firmas, & prope, quàm ferat religiosorum hominum captus, angustiores, maximis impensis ædificare es aggressus? Itaq; cū hæc Vrbs si vlla alia, sæpe vastata, ac fœdata incendiis, veteres illas magnificas, cuiusmodi olim fuisse accepimus, jam pridem desideret, cœpit ab hac præsertim excelsa, & quadrata turri, qua Collegium ornaisti, non nihil pristini recuperare splendoris. Nihil dico de bibliotheca cū aliis, tū præcipuè sanctorum Patrum voluminibus perquam ornata. Nihil vel de Organo non minus oculis, quàm aurib. iucundo: vel de hoc marmoreo pietatis tuæ in ara maxima monumento, quib. reb. hoc templum mirificè decorasti: nihil de suburbano sacello B. Virginis quod Romanū vocant, quod, vt sodalium eiusdē Diuæ pietati faueres, tuāq; quæ sanè est in Matrem DEI eximia, demonstrares, tuis opibus instauratum, & locupletatum Societati possidendū, curandumq; tradidisti. Mihi certe videtur, Princeps Optime, adhuc fuisse inter DEI in te, & tuā in nos benignitatē, iucundum quoddam, decorumq; certamen. Nam cū ille
plures,

plures, ac plures vsque ad hanc aetatem annos tibi largiretur, neque vllum effluere sineres sine aliquo vel in res diuinas, vel bonas litteras liberalitatis documento, nimirum diu viuendo, diu vivere meruisti. Inter alia verò gratissimū Societati, & Ecclesiae imprimis salutare illud munus accidit, cum domum Probationis in hac Vrbe Societati, idoneis vectigalib. instituisi, vbi religiosae militiae tirones rudimentum ponerent, eamq; pietatis vbertatem combiberent, quae deinde cum bonis artibus coniungentes, ad plurimorum mortalium salutem longè lateque deriuarent. Iam videbatur tua in nos beneficia ad id fastigium peruenisse, vt nihil cedere posse videretur, cum tu, Princeps Optime, ordiris ne molis fundamenta jacere. Noua sublimiorum doctrinam professoribus alendis perpetua vectigalia constituis: ad Pont. Max. atque Caesarem, quibus ius conuictoriae flagitas: extruis hoc elegantissimum, conuictorium: quod DEVS bene euenire conuictoriae Theodorianam tradis atque intelligit illa quidem quantas gratias debeat, sed quoniam quod non solis verborum officio, sed acrem industriam, assiduos atq; vigilias deservisti: qui tibi huiusmodi beneficia sunt,

functionibus locum nancisceretur. Dolori erat multis piis
 hominibus hoc D. Joannis Apostoli templum, quod antea
 fuerat quædam exquisita pietatis officina, duodecimum,
 jam annum profanorum artificum strepitu personare. Cō-
 festim magno ære ab ijs, quib. venundatum erat, redemptū
 VI. Idus Quint. anni M. D. XCII. Societati tradidisti, eaq;
 donationem Clemens VIII. Pont. Max. eodem anno IX.
 Kalend. Nouemb. cōfirmavit. Desiderari quoq; videbatur
 à nonnullis, vt Societas, in hac Vrbe nō temporariam dun-
 taxat sedem, sed stabile iustumq; Collegium haberet. Id
 verò, in signi accessione ad priora vectigalia facta, cum eius
 quoq; fundationis Clemens Octauus auctor factus esset,
 non longo interuallo perfecisti. Quid quòd, dirutis veteri-
 bus ædibus, quæ erant circum hoc templum, nouas, la-
 firmas, & prope, quàm ferat religiosorum hominum
 angustiores, maximis impentis ædificare es aggr-
 cum hæc Vrbs si vlla alia, sæpe vastata
 veteres illas magnificas, cuiusinoc
 jam pridem desideret, cœpit ab
 quadrata turri, qua Collegium or
 cuperare splendoris. Nihil dico
 præcipuè sanctorum
 ta: Nihil vel de Ore
 cundo: vel

plures, ac plures vsque ad hanc aetatem annos tibi largiretur, neque vllum effluere sineres sine aliquo vel in res diuinas, vel bonas litteras liberalitatis documento, nimirum diu viuendo, diu vivere meruisti. Inter alia verò gratissimū Societati, & Ecclesiae imprimis salutare illud munus accidit, cum domum Probationis in hac Vrbe Societati, Idoneis vectigalib. instituisti, vbi religiosae militiae tirones rudimentum ponerent, eamque pietatis vbertatem combiberent, quae deinde cum bonis artibus coniungentes, ad plurimorum mortalium salutem longè lateque deriuarent. Iam videbatur tua in nos beneficia ad id fastigium peruenisse, vt nihil accedere posse videretur, cum tu, Princeps Optime, ordiris nouae molis fundamenta jacere. Noua sublimiorum doctrinarum professoribus alendis perpetua vectigalia constituis: das litteras ad Pont. Max. atque Caesarem, quibus ius condendae Academiae flagitas: extruis hoc elegantissimum, commodissimumque gymnasium: quod DEVS bene euenire iubeat: Societati IESV Academiae Theodorianam tradis atque commendas. Pro quo intelligit illa quidem quantas tibi, Princeps beneficentissime, gratias debeat, sed quoniam hoc eiusmodi beneficium est, quod non solis verborum officii compensari possit, sed quod acrem industriam, assiduos labores, continuas prope lucubrationes, atque vigilias desideret, DEVM immortalem orat & obsecrat, vt qui tibi huius instituendae Academiae est auctor, idem omnibus qui sunt, qui que post aliis erunt in annis, Societatis Professoribus, & magistris eum studendi, docendi que ardorem inijciat, eam constantiam, roburque tribuat, eam vim & lumen ingenij, & quod caput est, eas pietatis virtutisque copias, vt semper huic tuae in diuinum honorem, Reip. vtilitatem, iuuentutis commoda praeclearae voluntati aliqua ex parte respondeant.